

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar Bartholin

Physicae Specialis Praecept. : Quae thesum loco in disputationibus esse possunt

1 : De corporibus naturalibus simplicibus, eorumq[ue] Mixtione, & mixtionem consequentibus

Rostochii: Rostochii: Hallervordeus: Pedanus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730117022>

Band (Druck) Freier  Zugang 

78. 13.

Oa-3046¹-~~5~~





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn730117022/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730117022/phys_0004)

DFG

PHYSICÆ
SPECIALIS
PRÆCEPT.

*Quæ thesium loco in disputatio-
nibus esse possunt,*

*Decerpt. ex prælectionibus
Physiologicis publicis*


*CASP. BARTHOLINI
Pro juniorum memoria,*

P A R S P R I M A

*De corporibus naturalibus
simplicibus, eorumq;*

*Mixtione, & mixtionem
consequentibus.*

Cum Gratia & Privilegio Regis.



ROSTOCHII

*Apud Johannem Hallerbordeum
Bibliopelam.*

ANNO M. DC XIX.

NATALIUM VIR-
tutumq; ornamentis no-
biliß. viro,

Dn.

T Y C H O N I
B R A H E

Ax. F. Dn. De Tostrup, &c.

Amico & fautor i quovis
obsequij cultu prosequendo,
animi grati benivo-
liq; testandi
causā.

D. D. D.

C. BARTHOLINUS

C A P. I.

De corpore simplici in gene-
re, & in specie de Cœlo.

NAM corpora simplicia natura
mixtū priora sunt.

Corpus Simplex est quod
in se unicum motus naturalis sim-
plicis principium habet.

Dicitur Simplex, quod ex alijs non con-
sistit corporibus naturalibus; interim ex ma-
teria & forma.

Hinc axiomata: 1. Unius corporis
simplicis unostantum est motus se-
cundum natutam: Ob unam nempe sim-
plicem formam. Alioquin plures esse possunt
motus accidentales, violenti, &c.
2. Simplicis corporis unus simplex
est motus: ob simplicitatem formæ mo-
veniū.

Corpora simplicia sunt cœlum,
cū contentis, astris omnibus; & elemēta.

Cœlum est corp̄ naturale simplex,
perspicuum, tenuissimum, purissimum,
in hoc universo ampliss., sphæ.

A 2 cum,

eum, elementarem mundum proximè ambiens, astrorum domicilium.

Etymologie & variae cœl significationes ex nostra perantur Uranologia.

Dicitur corpus naturale, quia constat materiâ & formâ. Simplex, sed distinctum ab elementis (unde Aristoteli quinta essentia) ut ex reliquis definitionis verbis liquet.

Causæ. Efficiens est Deus.

Fini: ut sit astrorum domicilium.

Forma: Non assistens aliqua intelligentia, sed cùm sit Ens actu, informans, eaq*ue* inanimata; ubi enim in cœlo operationes animæ?

Materia est eadem illa prima quæ in toto universo & omnibus ejus partibus; cùm alias due essent materiae primæ. Entia circa necessitatem multiplicarentur. Adde cœlum esse corruptibile & mutationibus obnoxium, ut infrà dicetur: & si maximè non esset; hoc tamen non ob materiei diversitatem, sed ob agentiū contrary defectum. At ob varietatem formarum cœlum

cælum cum Elementis eamdem substantiam
specialem non habet.

Affectiones. 1. Quantitas, quæ finita:
nullum enim corpus actu infinitum. Maxi-
mum tamen inter mundi corpora cælum,
quippe non tantum reliqua inferiora am-
biens; sed etiam astra maximæ quantita-
tis continens.

2. Figura; sphærica seu rotunda, quip-
pe capacissima. Et partes universi quæ sub
aspectum cadunt ad rotunditatem accedunt.

3. Sex positiones: dextrum, sinistrum,
sursum, deorsum, ante, retro: quæ in
cælo, non ex natura rei, ut putant Connim-
bruenses; sed respectu nostri: nam quod
mibi dextrum aut oriens; alteri esse potest
sinistrum aut occidens, &c: Hinc positus
cæli apud diversos variant. Geometræ
enim, quia boream spectat, ut habeat poli
elevationem pro situ loci, dextrum est ori-
ens, sinistrum occidens. Sic de alijs. Unde
versus:

Ad Boream terræ, sed cæli mensor ad Au-
strum,

Præco Dei auroram videt, occasumq; Poëta.

A 3

4. Te-

4. Tenuitas, subtilitas & raritas summa. Nulla ibi dirities aut crassities impervia. Unde cælum Hebreis rachis, tenuitatem insinuans. Hinc non nisi unus aliquis momenti sensibilis refractio ob hanc circumterreneos; alias plures si cælum aere densius esset. Hinc Planeta libere in cælo modo ascendunt, modo descendunt. Et Cometa ibidem modo inter fixas, modo inter erraticas vagari. Hanc affectionem insequitur.

5. Perspicuitas: Et utramq;^z

6. Invisibilitas. Visibile enim in densitate medium superare debet.

7. Color apparet (non enim debita in cælo opacitas ad colore formandum) non realis, Cœruleus: qui oritur quando actu perspicuum tenebris excipitur & quasi opacitate: sic aerem inferiorem probabile ibi apparere cœruleum, ubi tanquam obscurior radix luminum celestium nonnihil illustratur.

8. Immobilitas seu quies ratione totius.

Cælum est in loco (ut ita loquar) suo naturali, in quo semper quiescit. In cælo n.

sub.

Subtilissimo, ideoq; ad circumrotationem
in epo Stellæ ipsæ moventur. Deinde
motus cœli circularis si quis esset, fieret per
orbis multos, circulos & circulos. At tales
in cœlo reales nulli.

9. Corruptibilitas. Cœlum. 1. totali-
ter & substantialiter cum toto mundo in ex-
tremo die vi diuinâ peribit. 2. Suâ naturâ
est corruptibile, & secundum partes (sicut
& Elementa) corruptitur; ut liquet ex
materiæ primæ essentiâ, novi stellæ in cœlo
generatis, &c: Vide Cosmologiam &
Astrologiam nostram.

Divisio cœli Stellati admittenda nul-
la, cum sit unum continuum terrâissimum
corpus, in quo Stellæ motu proprio, sicut pi-
sces in aquis, non tamen animali move-
tur. Vulgo distribuerunt cœlum in plu-
res orbis seu sphæræ, (ad quarum motus
movearentur Stellæ, sicut clavis rotæ insi-
xus ad rotæ motum moveatur) & quidem
mobile primum & secundum. Primum
volârant extremitati orbem omnes reli-
quos ambientem, ab orbi in occasione 24.
hor. Spatio inferiores omnes secum rapi-

ens. Secunda mobilia vocant orbes 8. ab
oclaste in ortum motu motos contrario;
nempe sphaeram octauam, stellarum fixa-
rum. & 7. Planetarum rotidem orbes. Qui-
dam posteriores inter octauam & supremam
confinxerant aliam promotu trepidationis
seu librationis à septentrione in meridiem;
alij Crystallinum seu aqueum cœlum, in quo
stellæ nullæ, interjecterunt. Theologi non-
nulli, sed heterodoxi, supra omnes orbes ad-
huc summum collocarunt cœlum, quod Em-
pyreum vocarunt, cœlum beatorum, cœlum
cœlorum, cœlum tertium, &c: sedem Dei,
angelorum & beatarum mentium.

Sed segmenta haec omnia esse fundamini-
bus constituta in Uranologicis & Astrologicis
œvicimus.

Alij aliam adhuc partem cœli faciunt
Galaxiam seu viam lacteam à calore
lactis dictam: quem tamen nil aliud est quam
innumerabilium stellarum exigua-
rum acervatim consistarum confu-
sum & commixtum lumen, id quod ad
œculum liquet ex perspicillo Galileano. Idem
videre lucet ubi sparsim per æthera apparent

6083

*confimilis coloris areolæ veluti albicantis
nubis; item in locis, ubi stellæ nebulosæ dictæ
constitæ sunt. Malè ergo Galaxia Aristotelis
est meteoron.*

CAP. II.

De stellis in genere.

*S*tella est corpus simplex, cœleste,
lucidum, globosum, vi sibi divi-
nitus inditâ in cœlo mobile, & ad
inferiorū salutem à Deo conditum.

*Causæ. Efficiens, Deus, qui quarto
creationis die stellas condidit, cum præce-
denti tridui lux primigenia causa exsti-
terit.*

*Materia ex qua, eadē illa lux primi-
genia vel lucida substantia primo die creata.*

*In qua, vel corpus continens, cœlū side-
reū, unde stella corpus cœleste dicitur.*

*Forma substantialis est natura illa
caussa & principium affectionum astral-
ium & effectionum.*

*Finis generalis est salus inferio-
rum, homini præsertim, cuius causâ res
omnes conditæ.*

*Specialis, præter ornatum, qui secun-
darius,*

darius, est 1. Ut loceant, Sol interdiu, Lu-
na & reliquæ stellæ noctu, & cum luce calo-
rem aliæq; virtutes communicent. 2. Sint
in tempora, dies & annos. 3. Sint in si-
gna, præseriū tempestatum, imbrium, sic-
citatum, aestus, frigoris, ventorum, &c:
Nam & vulgus ex Lunæ luce v. q. sumit
prognostica. Unde versus: Pallida Luna
pluit, rubicunda flas, alba serenat. Proba-
biliter ergo Astrologi ex siderum certo po-
situ tempestates multas prædicunt; si non
certo: sed plurimis falli possunt modū: 1.
Ob materiae elementarii mutabilitatem &
fluxibilitatem. 2. Ob caussas univer-
sæles, quæ particulares vincunt. 3. Ob
stellæ plurimas utriusq; censu adhuc in-
cognitas. 4. Quia aliæ alijs aliquando
viribus suis se opponunt. 5. Ob artificum
verorum ritutem. 6. Et discrepantiam
in constitwendis domorum initij, finibus &
proprietatibus.

Affectiones Stellarum in genere sunt:
1 Figura, quæ globosa seu sphærica (lucet
ob nimiam distantiam visu plana appa-
reat) quod liquet in Luna, Eclipsibus &

ap.

apparentia stellarum ubique terrarum orbiculari.

2. Color; vel plumbeus & lividus, in $\text{\textcircled{H}}$ & Saturnius; vel clarus in Iove & Iovialibus; vel rubens & cruentus, in $\text{\textcircled{M}}$ & Marcialibus; vel ex falso rubescens, in Sole & Solaribus; vel clarus cupreus, in $\text{\textcircled{V}}$ & Venereis; vel subcitrinus in Mercurio & eius deputatis; vel pallidus & albus in Luna & Lunariis.

3. Lux. Nativam aliquam habent omnes, Sol maximam; Luna debilissimam, quae apparet in Eclipsibus coloris rufi, aliquando atri, &c; Mutuaticum lumen aliquod etiam habent omnes, Sole de tempore. Stellae porro nulla, si $\text{\textcircled{V}}$ & Lunam exceptias, interdiu lucere conspicuntur (nisi ex profundissimo puto) quia majus lumen impedit, quod minus sensu hoc occupatus, minoris sensu elicere.

4. Motus. Scillas in caelo quoad totum immoto moveri in Astrol: probavimus ex sacro codice, patribus, rationibus atque experientijs in viciis.

5. Influentiale vel actiones variae in haec infe-

inferiora. Ut 1. Virtus calefactiva. Astris
enim non subiectivè sed effectivè calida, ca-
lefaciunt mediantibus radijs hæc inferio-
ra, quæ caloris sunt capacia. 2. Et varie
sublunaria alias afficiuntur ab astris,
Sole præsertim & Lunâ (unde alia hoc, alia
alio tempore nascuntur) Etiam humana
corpora: non autem voluntas hominis, nisi
mediantibus organis corporis, quibus anima
utitur inter operandum, & quorum tem-
peramentum mores defacili sequuntur; in-
numeris vero occasionibus nihilominus mo-
do in melius, modo in peius flecti possunt.

C A P. III.

De stellis in specie.

STELLÆ aliæ sunt usitatæ aliæ inusi-
tate Usitatæ, vel fixæ vel errantes.
Fixæ vel inerrantes sunt quæ cœli
parti superiori (alijs octavo orbi seu fir-
mamento) inambulantes, eamdem
semper inter se & à terra observant
distantiam.

Harum affectiones: I. Númerus. Qui
tantus ut exprimi certò non queat, licet
major aliquis ex cogitari possit. Diu obser-
vata.

datae & notabiles sunt 1022; præter i. Obscuras & nebulosas. 2. 74. à Typhone obser-
vatas, à prisca neglectas 3. Eas, quæ circa
polum antarcticum à neotericiis observatae.
4. Et alias apparentibus decuplo plures per-
spicillo Galilæi notabiles.

2. Magnitudo. Dicuntur autem stellæ:
magnitudinis vel primæ, superantes ter-
ram vicibus 96, aliquæ 68, aliquæ 46;
Vel secundæ vic: $28\frac{1}{2}$. Vel tertie, 11; Vel
quartæ $3\frac{1}{2}$; Vel quintæ, $1\frac{1}{2}$. Vel sextæ, 10;
fere terræ globo minores.

3. Distantia à terra, verisimiliter 14000
semidiamet. terrestre.

4. Scintillatio vel luminis crissatio, ob-
longinquitatem, accendentibus ventus, halis-
tuum copiâ, aere tremulo intersector, &c.

Plerasq; autem fixas redegere memoriae
causa ad certas figuræ & classes, quas vo-
carunt asterismos, constellationes, sidera,
signa, &c.

Suntq; Zodiacalia 12, Aries, Taurus, &c.
Septentrionalia 21. Ursa major, minor,
&c: Meridionalia 15. Balæna, Orion, &c.
ubi tamen 14, addidit Frider. Houtmannus.

circum polum antarcticum ab iis qui novum
orbem lustrarunt, observata.

Planetæ vel stellæ errantes sunt que
in parte cœli nobis propiori mo-
tum exercēnt: & licet definitu, ta-
men liberiorem respectu fixaram,
ut nebulos et remotiores, jam viciniores, jam
inter se conjunctæ, oppositæ vel alter di-
stantes procedant. Unde Errantes dictæ.

Planetæ acie naturali notabiles sunt 7.
hoc ordine descendendo: H Σ σ \odot φ Ψ D.

Et vel principes vel ministri. Pri-
ncipes dicuntur luminaria magna,
non tam respectu quantitatis; quam
efficacie, virtutis, & apparentie lu-
minis ac quantitatis; ut \odot , lu-
mine majus, & D minor. Ministri vel
sunt supra Solēm, ut H Σ & σ . (hic ta-
men aliquando esti Sole inferior) vel infra,
ut φ & Ψ , quia tamen Sole aliquando supe-
riores. Instrumentis oprius porrò obser-
vantur planetæ plures, & circa Σ , & ali-
qui circa H, foris plures sequens inve-
niet ætas.

Planetarum excessus supra terram, ab
hac

bac distantia, proprietates, &c. in Astrologia nostra inquirantur.

In luminaribus considerantur potissimum Maculae & Eclipses.

Maculae in Sole non nisi organo optico apparent. Lunæ autem substantia valde maculosa, quod rursus perspicille magis deprehenditur; ob partes inæqualiter compactas.

Eclipses in luminaribus nostro tempore nihil frequentiores quam olim: cum nihil mutatum, in luminarium & terræ substantia, quantitate, qualitate, &c. lumen umbrarumq; ratione, via Lunaris à Solari distantia, &c.

Eclipsis Lunæ est privatio lumen solaris in Luna, quando hæc à diametro Soli opponitur terra vero inter ☽ & ☽ interponitur. Tum n. Luna incurrens in umbrā terre concidalem longè supra ☽ pertingentem, lumen amittit à Sole acceptum; cum alibi in oppositione plena appareat, in quadratura dimidiatâ, in reliquis interstitijs fuliginea aut gibbosa, in novilunio planè luteat. Ita enim pro varia ad solem

Solem accessu & recessu varie illustrata varias induit figuras.

Eclipsis Solis est aversio radiorum Solarium à certa aliqua parte terræ, ob visibilem ☽ & ☿ sed Eclipticam, hoc est, quando latitudo visibilis Lunæ vel nulla est vel exigua, & minor aggregato semidiametrorum ☽ & Lunæ, quod 35. minuta non excedit.

Eclipsis ergo Solis moriente Christo supernaturalis fuit, quia 1. in plenilunio. 2. universalis vel toti terræ conspicua. 3. Totalis cum mera 3. hor. quod alias ob Lunæ motum celerem non fieret.

Stellæ inusitate & novæ alijs Comete cœlestes ad differentiam in aere genitorum tam naturalium quam prænaturalium appellantur.

Apparuerunt aliquoties nostro sæculo, & quidem in coelo. Nam 1. quædam nullam habuerunt parallaxin, quædam minorum quam Luna. 2. Et ductum circuli exquisitè maximè sequutæ sunt. 3. Motu proprio tardius motæ quam ☽. Adde lumi-

816

nū puritatem, crissationem, molis quantitatem, durationu diuturnitatem. ¶

Efficiens, vis Planetarum in certis locis congregientium. Materia, cœlestis est, nequitam Elementaris. Forma est natura interna, unde metu aliq; accidetia. Finis, ut sint nunciæ futurorū.

Stella porro quæ Magis nato Christo apparuit, miraculose à Deo producebatur in aère ex materia sublunari: temporaria enim erat & diverse motus, ac supra domum splendore insolito in aère fuisse etiam interdiu; aliquando verò delituit.

CAP. IV.

De Elementis in Genere.

Elementa sunt corpora simplicia, sublunaria, ex quibus mixta omnia primū componuntur, & in quæ ultimò resolvuntur; ipsa verò in alia corpora se priora & specie differentia dividit nequeunt.

Communiter statuuntur 4: Ignis, aér, aqua, terra. Sed ignem quidem concedimus; si sumatur pro suprema aeris regione purior-

priori, subtiliori, calidiori, exhalatiōni-
bus experie, at non ut elementum diver-
sum & diversa natura ab aere, ut sit com-
muniter, multis modis aere ut calidius, ita
tenuius & subtilius, cūm de tali nūspiam in
Scriptura, ubi ramen omnia creatā descri-
buntur; nec tale Opicæ peritus admittere
ullo modo posse: nam ex elemento ignis
decuplo, ut ajunt, aere r̄siore, nova orie-
tur Stellarum refractio, adeoq; loci veri-
soratio; quod contra omnem experien-
tiā. Cardani autem & aliorum contra
elementum ignis argumenta nullum ponde-
ris sunt. Nominatur ergo posthac elemen-
tum ignis, quid intellectum velimus, liquet.

Usus elementorum est. 1. Ut sint partes
una cum cœlo universum compleentes.
2. Ut sint primarū qualitatem subje-
cta. 3. Ut sint materia mixtorum. 4. Et
in mixtis varias efficiant mutationes.

Affectioes. 1. Impuritas. Elementa
maximam partem esse impura & quasi
nonnihil mixta docet experientia. Intera
est humidum aquatum, quo cohæret. In
aqua terrestres partes sapor arguit: Aerem
im-

impurum qualitates peregrinae, vapores ad-
mixti &c. restantur. Haec omnia pro sub-
lunarum bono. Aqua enim pura esset insi-
pida & potui inepta, terra humorem alias
frugibus denegaret, &c.

Elementa autem pura ideo dici possunt.

1. quia non ita mixta, ut alia, sed aliquid
salem contagij agnoscenda. 2. quia forte
purum elementum reperi potest in ter-
ra circa centrum, & in aeris superiori-
bus partibus. 3. Sin minus mente ta-
men quodlibet in tali natura comprehendendi
potest.

2. Figura, circularis (quale cōlum
ambiens, & terra, circa quam posita reli-
qua) aut proximè ad hanc accedens.

3. Quantitas finita: cū certæ figuræ sint.

4. Qualitates duplices: 1. Alteratri-
ces, nempe primæ facientes ut Elementa
sint materiæ mixtorum, cūm in mistione re-
quirantur actio & passio, adeoq; contrarie-
tas. 2. Motrices, gravitas & levitas,
quibus convenientia loca in mundo Elemen-
ta occupant.

5. Proportio rationis & dēsitatis. Ari-
stoteli

streteli unius elementi ad alterum vicinum decupla, ut ex una parte terræ extenuata fiant decem aquæ, centum aeris,
Ec.

6. Motus rectus sursum vel deorsum; à propriâ instâ naturâ vel formâ.

7. Generatio & corruptio secundum partes (stante enim mundo tota non generantur aut intereunt) mutuaque sive circularis transmutatio; quia alia corpora elementis priora nulla, in quæ abeant. Facilior autem est transmutatio symbolizantium, hoc est, quæ alterâ qualitate conveniunt. In reliquo transitus per intermedium ad alterum elementum requiritur.

CAP. V.

De Terra.

Terra est elementum frigidissimum, siccissimum, gravissimum. Fidis specialis est ut sit sedes & domicilium mineralium & metallorum, plantarum, animalium & hominum, & pro sustentatione omnia sufficit.

Dividi potest terra: (non ut purum est ele-

elementum) ut impura. 1. ratione qualitatis, in rariorem vel densiorem, lutum vel argillam, &c. de quibus in mineralium doctrina. 2. ratione situs in Europam, Asiam, &c. de quibus Geographia.

Affectiones. 1. Frigiditas. Terra est frigidissima sive natura (alias alicubi est calidior, ut etiam ignes evomat & aquas ferventes ob admixta calida corpora pinguis, sulphurea, bituminosa, &c.) & aqua frigidior, ideoque primum frigidum, quia 1. à fonte caloris corporibus celestib. est remotissima. 2. aqua quam terra ciuius calles. it, & terra vix aut nunquam peruratur. 3. quo profundior puteus, eò frigidior aqua. 4. frigoris effecta & propria maxime in se continet. Aqua autem actu ciuius friges facit quam terra, non per se quod frigidior sit, sed quia rara magis ac subtilius, ideoque potentius penetrat.

2. Siccitas (unde scriptura vocat aridam) Terminis enim suis facile continetur, nec difficit, sed humorem facile imbibit. Quia vero impura est pro usu nascientium, humiditatem obtinet, sine qua inservia.

3. Den-

3. Densitas, soliditas & gravitas
frigiditatem cœu matrem insequentes.

4. Situs, in medio mundi verisimile
eam sitam, instar centri: cùm 6 signa Bo-
diani semper sint supra terram & eodem
infra; calum in 2. partes æquales nobis
semper secentur; tempus antemerid. pome-
ridiano æquale sit, &c.

5. Figura est, sphærica seu globosa,
unde & Scriptura globum seu sphæram ter-
re nominat: quod præterea patet ex anato-
gia corporum simplicium, umbra terre co-
noidali, ortu stellarum, qui cùius orienta-
libus apparet, &c. Non obstat i. Aqua,
quippe quæ cum terra unam constituit
globum. 2. Montes & valles, ut nec rimulae
vel arenulae in magnō globo artificiali ro-
tunditati detrahunt. Nec enim absq; mon-
tibus terram initio conditam aurum mandum,
ac si in diluvio primūm cœpissent: aqua enim
diluvij dicitur superasse altissimos montes,
& arca quievisse supra mentes Armenie,
&c. Quamvis ut hodiè diluvij, terræ mo-
ribus, &c. mentes novi & valles oriuntur
sepe; ita & sordē universali diluvio ori-
montes aliqui.

6. Ma-

6. Magnitudo totius globi terreni cum
aqua conjuncti (nam ut in corpore anima-
lu passim fluit sanguis, ita aqua in varijs
terrae locis) si cum toto cœlo conferatur,
est instar puncti Physici, absq; omni pro-
portione, haec enim iacenti indeoles, & alias
1. 6. signa Zodiaci cum dimidio cœlo nobis
semper non apparerent. 2. Habitantibus
ad occasum stellæ orientales viderentur lon-
gè minores ut postea remotiores &c. Si cum
aqua conferas terram, haec illam
longè superat, ut continens contentum.
Et multa terra loca aquis carent. Ubi u.
maria sunt, semper terra subjacet; ut sie
maru profunditas ad terram, instar guttæ
sudoris ad eorum corpus. Absolutè con-
siderata terra continet in ambitu
milliaria Germ. vel Dan. 5625 sed ob cal-
culi commoditatem capiuntur 5400, ideoq;
in diametro 1718 ²₁₁, in semidiam. 859.
vel 860.

7. Quies Terram non moveri (ut voluerat
veteres permuti, quos sequecens Coperni-
cus, Gilbertus, &c.) probamus. Nam i. mo-
veretur motu recto vel circulari. Non recto,

qui

qui est sursum vel deorsum, quia est in loco
suo, extra quem si esset, deorsum tenderet,
sicut partes eius. Nei circulari: cum quod
partes eius motus cum nesciant, cum
quod in alium projecta non redirent per-
pendiculareiter ad locum pristinum; Adde
quod unius corporis simplicis unus tan-
tum sit motus secundum naturam. Dices
violentum esse aut præternaturale? At
ille non diuturnus: hic fieret ratione alte-
rius corporū. 2. Quia astra ipsa in cœlo
moveri alibi invidè ostendimus. 3. Sacra
scriptura terram quiescere & non moveri
asserit, dictis clarioribus, quam ut ullus
glossis ad cuiusvis cerebrum flecti possint
aut debeant. Si duas scripturam loqui
ad captum humanum & vulgarium. Resp.
1. facilis capi ab intellectu humano mo-
tum exigui corporis, quam tot vastissimo-
rum siderum 2. Signum & gemitus mundi
in scriptura esse, quando ipsa alibi se aliter
explicat. Ubi autem dixit alibi terram
moveri, stare sidera? In scripturis ergo sa-
cris hominem ludere pietas prohibeat.
Vulgò objectant, Lunam in sacra historijs
dia

dici luminare magnum, idq; populari sen-
su, non vero. Resp. Immò verissimo. Nam
1. magnum est, licet alia majora; neg, enim
unum rectè negavero divitem, quia aliud
dicitur. 2. respectivè, quid si infinita astra
sunt Lunâ minora, acie naturali non sta-
tim notabilia? Interim motum terre ut
hypothesin Astronomis concedimus, non ut
reale quid in Physicam intrudendum. Mul-
ta enim planè etiam falsa Astronomus pro
hypothesibus assumere potest, unde tamen
satis commode phænomena demonstrantur
cœlestia. Sed de his alibi accuratius,

CAP. VI.

De Aqua in Genere.

Aqua est elementum frigi-
dum, humidum, gravitatem
proximè ad terram accedens.

Fines & usus. 1. ut sit pars totum
integrans. 2. ut sit frigiditatis subje-
ctum & mixti principium. 3. Conferte
pro potu, navigationibus, lotioni-
bus, coctionibus & macerationibus, re-
frigerijs, terræ fœcundatione, mola-

rum & machinarum versationibus,
piscium domicilio, &c.

Dividitur aqua, ut impura in usu est,
ratione loci in fontanam, marinam, la-
custrinam, &c. & materie admixta, in
salsam, bituminosam, gypsum, terream, sul-
phuream, &c.

Affectiones. 1. Frigiditas penetrans,
2. Humiditas maxime sensibilis, licet
minor sit quam aeris.

3. Gravitas remissior, ob primam
activam remissionem. Prout verò aqua
plus in se habet terrestrium partium, eò
gravior; ut marina, quam fluvialis. Ideo
in illa quam hac facilior natatio, gravium
pondorum sustentatio, &c. - Et illa dulces
aquas in se fluitare patitur.

4. Impuritas, ut in reliquis Elementis.
Quod si alicubi pura aqua, forte in profun-
do mari.

5. Proportio ad terram parva. Pro-
funditas enim aqua exigua: Maris, pu-
cis locis 80 vel 100. passus, rariis 200. vel 300;
rarisimè ad 500, hoc est, octavam partem
milliar. Germ.

6.Fi-

6. Figura, ad rotundam accedit:
tulis enim totum terræ & aquæ globus, ac
guttae, partes aquæ. Hinc nautantes pau-
latim ierre prospectum amittunt ob inter-
septum maris tuinorem.

7. Locus & Situs. Sunt terræ cavernæ
& concavi recessus, tam supra terræ super-
ficiem aliquam, quam intimes; Ne sicut
sanguis in corpore per venas dispersus u-
nus est sanguis, sic omnes aquarum vene,
rivi, fontes, fluvij, lacus, maria, &c. per
terram intus & extra diffusa, una aqua.
Et cum initio totam terram aqua cir-
cumdat, tandem Dei iussu hoc in unum
per terræ cavernas congregata, terra eri-
da apparuit pro usu viventium.

At licet terra omni aquæ subsit, aqua
tamen non est altior terrâ, nisi ea,
que directè aquæ substernitur, ob tute-
lam viventium. Nam insule superemi-
nent; mare altioribus ripis arceretur; flu-
mina & lacus intra suos alveos deguve.
Aqua enim & terra unum globum consti-
tuunt;

8. Concretio in glaciem. Glacies autem est aqua frigore externo condensata & indurata. Induratur autem, quia terram admixta habet. Ideo oleum minus terrae continens crassatur tantum a frigore; & aquae multum habentes halituum, non facile conglaciantur. Hinc aliqua maria non facile conglaciantur, ut si halitus copiosi & perpetui conjuncti, & si maria sint salsores, meridionaliora, & mare autem septentrionale maxime est glaciale.

9. Colores vel apparentes vel reales. Hiatatione materiae alicujus admixta, vel externi efficientis &c. Illi, pro vario luminis repercussu, loco aprico vel opaco, alyci latitudine & profunditate, &c. Hinc mare caeruleum apparet, ob densitatem & corpulentiam; laudant respectu maris, ob raritatem substantiae aquarum &c. Reperiuntur autem & aquae colorem mutantes (ex novis halitibus, novis affluxibus &c.) aliae injecta hoc vel illo colore tingentes; aliae posse proprietatem colorandi habentes.

10. Sapo.

10. Sapores, ratione terræ meatum
vel venarum, per quas aqua decurrit.
11. Odores, rerum alienarum ad-
missione.
12. Sonus, strepitus & horror, ex colli-
sione, admixta glacie, frigiditate,
&c. frigidæ enim major strepitus quam ca-
lidæ, quæ aëre permixta.
13. Inundatio vel diluvium. Univer-
sale miraculosum erat. Particularis causæ
sunt 1. Murationis alijs elementi in aquam.
2. Emanatio à mari. 3. Pluviae & imbris.
5. Situs loci & littorum humilior. 6. Vensi.
7. Loci subterraneæ cavernæ, in quibus
nonnunquam terræ motus, &c.
14. Aquarum aliæ qualitates ad-
mirandæ, & vel occultæ, vel cognitu dif-
ficiles. Ut, quæ injecta absorbent aut con-
trà respiuant; quæ ebulliunt lucet frigida;
quæ modò intumescent, modò resident; quæ
cum mari diffuso æstum patiuntur, vel si-
milem vel contrarium; quæ circa consen-
sum cum mari augescunt vel deficiunt; quæ
fontes per intervalla se expurgant; quæ mu-
stant, etiā uno die, calorem aut saporem; quæ

ebrietatem, aut contraria vinitædium adfer-
rant; aut obliuionem, aut memoriam, a-
mentiam, mortem, corrosionem, strumas,
dentium amissionem; quæ ardentes; quæ
lapidescunt, — aut etiam injecta petrifi-
cant. &c.

C A P. VII.

De Mari.

Mare est aquarum collectio
maxima & salsa, magna ex
parte terram cingens.

Dicitur maxima, ita ut alias aquas flu-
minum &c. recipiat, non tamen redū-
det, quia terminos ei Deus præfixit, & flu-
mine ad locum, unde exire, revertuntur.

Dicitur Mare in vastitate sua ocea-
nus, eò quod celeriter fluit; quod varia
sortitur nomina (licet unum continuum
sit mare) pro variâ vel regionum viciniâ,
vel insinuatione, vel angustatione: ut ubi
Hispaniam alluit, dicitur Hispanicus Oce-
anus, ubi Daniam, Danicus, &c. ubi in
Dania angustatur, & postea latius se dif-
fundit, dicitur mare Balthicum. Ubi A-
fili.

fricam ab Europa dirimit, dicitur Medi-
terraneum, quod ubi variè angustatur
& panditur in Hellepono, Propontide &
Bosphoro Thracico, in vastum se aperit ma-
re PontumEuxinum, alijs mare nigrum
& maius. De hoc communicat per subterra-
neos meatus mare Caspium seu Hirca-
num. Oceanus a. ubi sinus efficit Arabicum,
dicitur sinus Arabicus vel mare rubrum
(ob subjacentes arenas rubras) ita dicitur
sinus Persicus, mare australe, &c. Nec
improbabile est in terræ occultis cavitatibus
immensis subterranea esse maria.

Affectiones. 1. Salsedo. Hujus caussæ
finales sunt. Ut mare sit piscium, sal-
sugine delectantium, habitaculum
& quodammodo alimenium. 2. Naviga-
tio, quæ in salsa quippe graviori & crassiori
facilior pro navium ponderibus. 3. Ut ser-
veretur mare à putredine & corruptione.
Quoad Efficientem Mare creatum est
à Deo salsum. Salsedini autem continuatio
hoc est: quod vi Soli partes tenuiores &
dulciores mari extenuentur & exhalent in
vapores: crassiores autem & magis adu-

stic relictæ cumq; aqua maris permixta sal-
sum & amarum saporem efficiunt: quod
liqueat in sudore, urina & lixivio. Sal-
sum autem magis magisque non sit, ob in-
gredientia fluminis, & fontes ex fundo
maris dulces. Lacus porro licet aliqui à
salsugine terræ subjectæ salsi; tamen plerique
non salsi, ut ut ardore Solis exurantur,
quia per scaturigines aquarum dulcium in-
novantur, nec tam ingens exhalationum
copia facile, nisi in mari, reperitur.

2. Motus vary. i. Naturalis deorsum.
2. Violentus, ratione ventorum. 3.
Violentus, in medio mari aqua instar mó-
tuum intumescente à spiritibus ex imo
terræ erumpentibus. 4. à raptu fluviorū
incurrentium. 5. ab oriente in occiden-
tem; qui observatur à nautis: ideo eo iti-
nere facilius & cito quam ab occasu in
ortum feruntur. 6. Huic affinis est in ma-
ri Adriatico & nonnihil in mediterra-
neo, ubi quasi circulariter moveri vi-
detur: quia aqua terris clausa quando ab
ortu in occasum moveri nequit, necesse est
prope terras flectatur, & in gyrum quasi a-

gatur. 7. A septentrione ad austrum.
Causam Arist. refert in altitudinem ter-
re borealis. 8. Inundatio; de qua ante. 9.
Aëlus maris seu fervor & reciprocatio,
alias fluxus & refluxus, qui conspicitur
magnus in Oceano & fluminibus eum in-
gressientibus; exiguis vel plane nullus in
eius quibusdam sinibus. Ut plurimum in
Oceano sensu quibusvis horis intumescit,
& alternatim sensu detumescit, ut 24. hor.
spacio circiter bis permutatim effluat, &
bis remeet. Finis hujus motus est aqua-
rum purgatio & à putredine præser-
vatio; mare enim rejiicit putridam mate-
riam, iaduera, &c; sed alias res latitan-
tes hominibus utiles manifestantur ma-
ris recessu, ut Margaritæ, corallum, succi-
num, conchæ, spongeæ, &c. Efficiens po-
tissima est Luna, adjuvans Sol. Pro
Luna n. motu ad lineam vel meridianam
vel medie nocti, mare una assurgit & lit-
tori replet, inde v. ad horizontem alteru-
rum, mare refluxit & remittit. Sic pro di-
versis Lunæ ad Solem aspectibus aëlus fit
major vel minor. Sed de his uberioris in

B 5

Tract:

Tract. noſt. de Aquis libro 2. Sect: 1.
Cap. 5.

C A P. VIII.

De fontibus & fluminibus.

Fons (dictus quod fundat aquas) est aquæ intra terræ sinus clausæ et manatio. Hujus progressus rivus dicitur. Fluvius vel fluentum est aqua copiosior ex rivorum concursa nata, in mare decurrentis, aut in aliud flumen, quod tandem in mare exit, se exonerans. Dicitur aliquando amnis ab amoenitate. Differt à torrente perennitate, torrens n. est aqua temporaria ex nivibus, imbris, &c. collecta quæ siccitate terridis fit. Lacus a. est magna in loco profundo aquæ perpetuae collectio instar maris alicuius minoris, intra alveum suum consistens, habens suas scaturientes aut rivos & flumina, quæ in se recipiens rursum emitit. Differt à palude seu stagno, sicut fluvium à torrente, perennitate. Finis fontium & fluv. est i. Terræ cōpactio
firmior. 2. pro terræ irrigatione,
ani-

animalium potu, piscium habitacu-
lo. &c. Quamobrem divino iussu propin-
quum refugiunt redditum, ut usq; sint plu-
rikus. Ita enim Rhenus, Rhodanus & Danu-
bius propinquū exorti fontibus in diversas
trahuntur plagas & regiones.

Materia vel origo principalis est
mare, unde per terræ meatus aqua ad cer-
ta loca derivatur. Unde enim alias caussæ
perennitatis, copiæ ubiq; indeficientis, uni-
formitatis, marū non redundantis ex flumi-
num accessu, &c. Adjuvans: pluvia &
nives liquefactæ.

Ascendit autem aqua fontium è mari
tramite flexuoso per anfractus varios; & fa-
cto primo exultu fontium à Deo, necessariò
continuatā fluxione labetur aqua à mari
usq; ad locum fontis; alias enim daretur
inter aquas interruptas vacuum.

Non ergo verisimilis Aristotelis opinio;
nasci fontes & flumina ex aere & vaporibus
in terræ cavernis collectis, instar pluviae.
Cùm enim ex multis aeris partibus gene-
retur una pars aquæ, ubi sub terrâ pro-
tanta halituum mole spaciuit cava?

Di-

Dividuntur fontes i. Ratione mineralium & metallorum quae continent:
alij in se continent salem, ut salsi fontes;
alij callicantum, unde acidulæ aquæ,
alij alumen, bitumen, nigrum, gypsum, au-
rum ferrum, plumbum, &c: alij & quidem
penè omnes ex pluribus mixti sunt. Talis
aqua mineralis dicitur, quæ à simplici,
merâ & vulgari discedens, cum aliqua sub-
terranea, conspiravit minera; estq; vel
tincta spiritualiter, vel miss corporaliter,
vel utriusq; commerciū consors, Suntq; mi-
stiones innumeræ, & varietate humanam
industriam eludentes, adeoq; species aqua-
rum mineralium innumerabiles.

2. Aqua fontium vel est frigida,
vel tepida, vel calida & fervens.

Frigida ut plurimum est ob naturam
aque. Quædam frigidissima est, que
vel ex profunda origine, vel nivi aut gla-
ciei admixta, aut mercurio, nitro, &c.

Tepida sit quando concal facta
diu per interiores terræ canales fluit,
priusquam effluat.

Calidæ aquæ seu thermæ passim re-
periuntur.

periuntur, & quandoq; planè fervidæ, ne
injecta animalia statim deglument vel de-
pilent, ova injecta in momento soquant,
pisces brevi temporis spacio decoquunt.

Caussæ. Forma ex accidentibus & ef-
fectibus iuntescit.

Finis est mederi morbis, & hu-
midis potissimum.

Efficiens est ignis vel æstuarium:
subterraneum: calefacit a. ignis subter-
raneus, vel subjectus aquarum canalibus,
vel ipso etiam canales ingrediens. Unde:
nonnulli b: ignes cum aqua fervidus erum-
punt, alibi aqua absq; igni conspicuo.

Materia est sulphur (lacet a' quando-
bitumen posse concurrere) cuius naturam
omnibus thermic inesse vel spiritu, vel cor-
pore crassiori, vel utroq; sensus restatur,
licet alia etiam genera mineralium inesse
possint: hinc enim in omnibus ferè thermic
s sulphuris factor. Atq; haec enus de aqua.

CAP. IX.

De Aero.

A Et est elementū calidū, humi-
dissimilem.

B 7/ diffi-

dissimum, levissimum, terram & a-
quam ambiens.

Affectiones. 1. Calor (quod patet ex
gravitate & levitate, & quia destruitur à
frigore ac condensatur in aquam, vi autem
caloris nascitur, ut ex aqua rarefacta) sed
moderatus & remissior, in quo anima-
lia vivunt : Ejus enim humiditas
calorem obtundit. Hinc medicamenta
sunt temperata, quæ multum aeris habent,
ut oleum, imbibens cuiuscunq; sibi injecti
vel calidi vel frigidifacultatem. Ita & aer
aliquando plus justo incalescit causis extrin-
secis ; aliquando frigidior, ventis, nubibus,
pluvijs, vaporibus frigidis, hybernus, noctur-
nus, &c.

2. Humiditas summa & major quam
in aqua. Ut aer sit primum humidum.
Nam difficilius termino suo coer-
etur quam aqua; & aqua citius exsiccatur
quam oleum. Quod aer secus putetur & ex-
siccare, ex accidenti sit, quando halitibus
secus refertus; & aqua humiditas in sensu
magis incurrit, quia in crassi bœrēs materia
exsecus corpora reddit madidiora, aer
autem

autem tenacitate conjuncta magis penetrat,
ut patet, quando pars oleo inungitur.

3. Levitas: sursus non fertur, hanc sequitur.

4. Tenacitas & invisibilitas. atque hanc

5. Perspicuitas. Est enim medium, per
quod illustratum videamus.

6. Situs: est circa terrae & aquae convexam
superficiem usque ad concavum cœli.

7. Mutabilitas vel variabilitas, quæ
in nullo elemento tanta, quantæ in hoc: mo-
dò enim aer calidior, humidior, &c. modò
econtra. Variat ratione accessus & recessus
Solis, ventorum, halitum, &c.

8. Mobilitas vel motus. Agitur fa-
cile & citè quasi in momento: Corporibus
cedit aut succedit. Movetur motu natu-
rali sursum, vel ex varijs accidentibus,
halitibus, ventis, &c.

9. Putredo aliqua analogicè ita dicta
aliquando aeri secundum partem acci-
dit: non vera: varie tamen alteratur, veluti
corrumptur, & per similitudinem putrescit.

10. Ob privationem debitum motus & ven-
tilationis: ut in aere concluso alicubi & im-
moto, ut quasi pestilens fiat, quia recen-
sis

et aura per statu destituitur. 2. Ob ad-
missionem halitum qualitate vel
manifestâ, vel occultâ & venenata, ut ē
paludibus, mari, cadaveribus, cloacis, pu-
tido simo corruptis frugibus, metallis, fodiniis,
terre cavernis, ut post terra motum, &c.
3. Ob siderum nonnullorum influen-
tiā, aer ad pestem disponi p̄test vel cali-
ditate & humiditate nimia, quæ in corp.
nostris humiditates auget & patredinem,
vel circa caussam manifestam, ut aeris pu-
redinem, &c.

Usus aeris: 1. Universum perficere.
2. humiditatis subjectum esse. 3. Et
mixti principium. 4. Meteorologij
sedem. 5. Medium per quod vide-
mus, & per quod virtus cœlestium hic de-
rivetur. 6. Animalis necessarius est, animali
ad respirationem, spiritus genera-
tionem, &c: volucris ad volatum, &c.

Distinguitur aer (ut ut unum conti-
nuum sit corpus à terra ad cœlum usq;) in
3 regiones: supremam, medium &
anfimam...

Suprema cœlo proxima, alijs sub ele-
men-

mento ignis, calidior est, siccior &
puriō; quia cœlestibus vicinior & ignitorum
meteororum receptaculum, nullorum
v. frigidorum. Quantitate semper est
eadem, & longe majori reliquis. Initium
enim ejus circa moutium vertices,
aut infra, si montes altissimi sunt (infra hos
n. nubes sunt) ut ad 2. mill. Germ. vel 2¹₂.

Insima est calida (moderatè ob salu-
rem animantium) & humida. Humida:
ex propria natura & vaporibus humidis in-
dies exhalantibus. Calida: ex propria
natura, radīs solaribus circa terram re-
flexis, & alicubi ex halitibus terræ atq.
animantium. At non ubiq; & semper æquæ
calida, tum ob vaporum & meteororum
varietatem; tum ob variam radiorum
Sol. incidentiam & reflexionem. Ob
rectiorem enim tempore æstivo &
locis meridionalib; calidior est; Ob
obliquam & debilem è cont. diversis locis &
annis temporib;. Quātitate æstate major
est, & hyeme minor, adeoq; media
regio viceversâ, hyeme major, æstate mi-
nor. Initium insimæ est in superficie terre:

Finis.

Finis adeoq; initium mediæ { que de-
finit, ubi supremæ initium) est ubi radij So-
lis resilientes desinunt: & quia aestate Sole
sublimiori radij ad rectiores angulos inci-
dunt & altius resiliant, hinc altior tum
ima regio, & contraria. Vix tamē utraq; regio
ima & media 2. milliaria Germ. continet.
Media regio est 1. humida ratione
naturæ suæ & vaporum, qui diutius
inibi harent. 2. Calida, absolute loquendo,
nullus enim aer esse potest frigidissimus; a-
lias calorem Solis extinguaret, ne ad nos
penetraret, & partes montium, que in me-
dia regione, herbas, arbores, &c. non pro-
ducerent. Adde quod insignem frigidita-
tem non sentiant, qui ibi versantur, &
quod calidi habitus assidue transeant. Et ca-
men debiliter calida, hoc est, respecti-
vè frigida, magis quam reliquæ regiones;
ob defectum caussarum calefacentium, &
refrigerantium, ut pluviae, nivis &c. pra-
sentiam; quamobrem idonea est caussa ge-
nerationis nubium, pluviae, &c. Vapores
enim eò pertingentes incipiunt refrigerari
& condensari, aliquando & congelari. Di.

.11.

eo, incipiunt; nam ibi tantum principium.
postea uiuntur viribus proprijs, natura
quā in aquam redeant, cūm aqua prius
fuerint.

Falluntur ergo qui cauſam hujus fri-
giditatis respecti uæ ponunt & v. w. Ei securi
a celore superioris & inferioris. Nam 1. non
sumnum ibi frigus. 2. Calor ab aere supre-
mo per medium ad nos peruenit. 3. Opor-
teret aerem medium prius esse frigidum,
postea verò per iey. l. w. Ei securi augeri, non
enim obſideri potest frigus, ubi non est, ac
rursum queretur, unde frigus quod con-
ſipatur?

CAP. X.

De Igne.

Subijicitur doctrinæ de aere. 1. quia
vulgaris Physicorum Elementum pecu-
liare putant inter cælum & aerem reposi-
tum 2. Quia aer quando ignitur & summe
incandescit, ignis appellari potest. 3. & ignis
aere indiget. Alias in doctrina mixtorum
de igni doceri posset. Nam

Ignis

Ignis nil aliud est, quam corpus aliquod incensum. Dividitur autem
1. Ratione loci in supraterraneum, fo-
calem, culinarem seu usualem extrater-
renas cavernas generatum; & subterra-
neum, qui intra cavernas terrae gignitur
(seque prodit in thermis, fumis & flam-
mam, quas terra passim eructat) ab exhala-
tione seu spiritu cavernis inclusio, qui
frigoris & virtutis cogitur in locorum
angustias, exitus autem querens attritus
& conficit exardescit. Materia est sul-
phurea, bituminosa aut mixta, quippe
qui facile ignem concipit ob pinguitudinem.
Tandem etiam licet difficultius, incendio in-
voluntur saxa & res aliæ.

Modi & formæ locorum terræ arden-
tiuum variant. Nam 1. Vel intra specus la-
tent, occultè terræ visiera excedentes, &
ruinas post edentes; vel foras emicant. 2.
Quidam spiritu vehementiore evanunt
hanc vel illam materialim in agros vici-
nos; quidam nullam. 3. Quidam nocturn-
rum spectantur ob lumen débile, quidam
simil interdius. 4. Quidam loca continue

ardent; quædam per intervalla, resumis
viribus. 5. Quidam in superficie terræ ha-
rent, quidam in profundo.

2. Dividitur ignis in carbonem &
flammam. Carbo est igois flammæ
expers, in quo plus teræ est, quam
aëris: ex cuius tamen attenuatione flam-
ma facile gigni potest. Flamma plus sub-
tilioris substantia & aëris agnoscit.
Est q; visibilis vel invisibilis. Hic esse
potest solus aër ignitus non appa-
rente flammâ, igni tamen visibili vi-
cinos; ut ille quo carnes in verub. assuntur
& tandem comburuntur; non n. tanguntur
ab igni, quæ videmus. Ille communitur flâ-
ma dicitur, est q; incensio aëris & fumi
crassioris ex re adusta ascendentis.
Dominatur ergo hic aër magis quam terra.

Affectiones flammæ sunt 1. Figura
pyramidalis: nam circa accensam mate-
riam flama latior est & amplior, ob pa-
bulum ignis copiosus ibi & crassius quasi
subsidiens. 2. Diversitas coloris uti &
crassitati & tenuitatis est pro diversi-
tate materiae. In crassiori pabulo est den-
sior

fior flamma & rubra; in tenuiori subtilior
& albidior.

Causæ ignis, potissimum usualis. Ef-
ficiens est generans vel conservans.
Generatur ignis 1. attritione & cōcus-
sione. 2. propagatione vel accessione u-
nius ex alio. 3. Caloris intensione, ut
in fæno vel alijs humidis putrescentibus. 4.
Cōtione radiorum Solarium in con-
cavum aliquod, & reflexione. Conservas
est aēr ejusq; ventilatio. Hinc ignis in lo-
co aliquo conclusus, aere carens libero, ex-
tinguitur. Causa corruptio[n]is ignis est 1.
Pabuli defectus. 2. Ejusdem airmia co-
pia, quā ignis obruitur. 3. Extinctio ex
contrario. 4. Privatio eventilatio[n]is.
5. Nitria ventilatio & flatus dissipans.

Materia vel pabulū ignis est quidquid
comburi potest. Commodius est aē-
reum, deinde terreū, minimè aqueū.
Hinc ligna arida citè inflammantur. For-
mam accidentia producunt. Finis, usus
& effecta sunt calefacere, siccare, co-
quere, resolvere, sudorem moveare,
&c. quem nimis ignis absumendo impedit:

Item

Item vicem sustinere nativi caloris,
ut in excludendis puluis in fornaciis Aegy-
ptijs; & coelestis, in metallis transmutan-
dis, &c.

Affectiones ignis sunt 1. Urere & luce-
re nempe in materia densa; in valde te-
nui vix urit aut lucet; nam aliquando tam
subtilis flamma datur, ut vix videatur aut
tactu sentiatur. Ut autem ignis quid urat
actu secundo, requiritur 1. Iusta proportio &
quantitas inter agens & patiens. 2. Materia
ustilis. 3. Iusta mora. 4. Contactus aut di-
stantia non nimia. 5. Ne miraculosè à Deo
inhibeatur, ut siebat in fornace Babylonica.
1. Non putrefcere. Major enim calidi-
tas & humiditas igni accedere non potest.
2. Habere aliquam generati facul-
tatem, adeò ut in igni animalcula quædam ge-
nerari possint, vivere & conservari; ut no-
tū ex historia Pyraustarū minimè fabulosa.

C A P. XI.
De elementorum
Mixtione.

Mixtio est miscibilium altera-
torum unio.

Acci-

Accipitur autem hic Mixtio non pro
quavis appositione & confusione, sed pro
tali copulatorum alteratione & unione, ut
mutua actione & passione nova producatur
species.

Definitum est Mixtio, que non plane
idem est cum mixti generatione, ut
voluit Erastus; nec ab eâ realiter differt, ut
putavit Mercenarius; sed ratione diffe-
runt, ut recte Zabarella. Mixtio enim di-
citur respectu termini à quo, nempe ele-
mentorum uniendorum: Mixti genera-
tio, respectu termini ad quem, vel forma
mixti, que producitur. Mixtio enim non
est mixti sed elementorum: Generatio non
elementorum, sed mixti.

Genus est unio, vel conglutinatio di-
versorum transmigrantium in unam na-
turam, ut unum siant specie, vel ununo-
vus actus seu species.

Reliqua loco differentiae ponuntur: Mi-
scibilium, id est, elementorum. Ad
perfectam mixtionem omnia concur-
runt, licet unum aut duo in mixto con-
stituto dominentur maxime. Alterato-
rum:

rum: nempe actione & passione mutua per contrarias qualitates; quae mutua pugna infringuntur & ad moderationem ac proportionem rediguntur.

Causæ. Efficiens remota sunt corpora coelestia, quæ in hac inferiora agunt & ad certas actiones disponunt. Propinqua: qualitates.

Finis. Primus est forma mixti. A primo ortus est universi perfectio & pulcritudo. ideo mixtorum tam varie species.

Materia sunt miscibilia vel Elementa, quorum ad mixtionem requisita sunt
hæc 1. Motus localis, ut sibi mutuo appropinquent. 2. Contactus. 3. Ut in vicem agere & pati possint. 4. Alterari, & ad moderationem redigi. 5. Ut certam inter se habeant agendi proportionem, ut unum alterum quodammodo [non nimium] superet. 6. Adeoq[ue] in diversum quid mutentur. 7. Sint in partes minutissimas facile divisibilia. 8. Post mixtionem aliquando à se in vicem separabilia.

Officia, quæ sustinent Elementa cum suis qualitatibus in mixtione. Humidum.

C & sic-

& siccum sunt materia mixtionis. Ab humiditate est continuas, à secco consistentia. Calor est agens, miscens, frangens, discedens. Frigidum calor i modum impunit. Itaq; in mixtione terræ officium est, frigiditate calor resistere; siccitate aeris aquæ molliorem temperare: Aquæ frigiditatem, ut terræ; humiditate molire siccitatem terræ ad formam faciliter suscipiendam. Aeris: ratione caloris, ut de calore dictum; humiditate siccæ ad proportionem redigere; tenuitatem pervadere, subiugere, rarefacere, dilatare, &c.

Forma loco generū est unio. Modus est: manere in mixtoformas elementorum integras & perfectas; qualitates tamen multis modis rectangit & ad temperiem moderationēq; reduci. Quā Avicenna sententia fusè in Mictologu contra Averroistas & alios confirmavimus

CAP. XII.

De corpore mixto, ejusq; temperamento.

Finis & effectum mixtionis est corpus mixtū, estq; corp. naturale exele-

men

mentis compositum, plura motus
naturalis principia habens. Estq; vel
imperfectè vel perfectè mixtum. Il-
lud; in quo sūt non concurren-
tia omnia elementa, aut si omnia, non
tamen perfectā alteratione exactē
invicem mixta & unita, sed leviter
tantū alterata, ut quām proximē ad
unum aliquod elementum accedāt.
Hoc econtrā; in quo omnia elemē-
ta sunt perfectā alteratione unita;
Talit̄ sunt omnia mixta præter Meteora.

Deinde vel est homogeneū vel he-
terogeneū. Illius partes omnes sunt
eiusdem naturæ, definitionis & no-
minis cum toto: hujus diversæ. v. g.
Aurum est corpus similare, quia quælibet
eius pars est & dicitur aurum. Planta est
corpus d̄ similare; quia non omnes eius par-
tes dicuntur planta, sed radix, ramus, &c.

Causæ eadem hic, quæ in mixtione
Affectiones: 1. Motus mixtus, ob
plura principia moventia, ut liqueat in
ventu, animalibus, &c aliquidō simplex
secundūm prævalens elementū; ut in
lapidibus, metallis, &c, C. 2. Lo-

2. Locus, secundum prævalens elementum: ut pisces in aquis sunt, ob aquæ in ijs dominium.

3. Qualitates variae tam occultæ, quam manifeste.

4. Temperamentum vel prima affectio est corporis mixti, & mixtioni quasi effectus, finis & perfectio; estq; unio proportionata 4. qualitatum primarum, initio pugnantium, deinde ad moderationem reductarum, disponens mixtum ad actiones recte obeundas. Vel: sunt ipsæ qualitates primæ unitæ & proportionaliter contemperatae.

Dicitur & complexio, congrua disposicio, & harmonia omnium qualitatum.

Qualitatibus Materia denotatur, proportione forma. Efficiens est mutua actio & passio vel pugna, quâ ad mediocritatem reducuntur qualitates, ut in unam conspirent complexione, qua dominatur ex qualitate principatu obtinente.

Finis est aptitudo ad actiones obeundas.

Tem-

Temperamentū vel est æquale vel
inæquale. Äquale dicitur exquisitè
temperamentū, ad pondus aquale, &
proportionis Arithmeticae, ob præcisam
ingredientium æqualitatem. Ut si ele-
menta in mixto concurrat i. æqualibus pon-
derib⁹ pari mole & magnitudine &c. 2. Non
pari mole, sed virib⁹ æqualib⁹. Mirumq; co-
gitari magis potest quā dari, & si dari;
nō diu subsistere. Ponitur interim hoc postre-
mū doctrinæ causā, cœu reliquorum regula.

Inæquale est qualiscunq; qualitatū
concurrentia, uniuscujusq; tamen spe-
ciei naturæ, actioni & usui congruens
Unde dicitur temperamentum ad ju-
stitiam, Geometricæ proportionis (qua distribuit, ut cuiusq; dignitas postulat) &c.

Estq; vel simplex, ubi una tantum
qualitas prædominatur, ut calidum, fri-
gidum, hum. vel siccum; vel compositū,
ubi binæ qualitates reliquias excedant, ut
1. Calidum & siccum, quod igneum, &
in animalibus cholericum. 2. Calidum &
humidum, quod aereum, in animal. san-
guineum. 3. Frig. & hum. quod aqueum

in an. phlegmaticum. 4. Frig. & sicc. ter-
reum, in an. melancholicum.

II. Temperamentum vel est generale
vel particulare. Generale vel est to-
tius homogenej, ubi totum & partes sunt
eiusdem temperiei; vel heterogenei, sur-
gens ex consensu omnium partium, ut si
frigidæ partes calidis, &c. temperentur.
Speciale est in toto dissimilari, ut in
animali alia est temperatura ossis, alia cor-
dis, &c.

III. Vel absolute consideratur, nul-
li comparatum: Vel comparatè, atq; ita
confertur i. Species cum specie. Ut ho-
mo in animalium genere temperatissi-
mus (in genere autem substancialium cuius
humana in volâ manus) ob actiones
perfectissimas, leoni tamen compa-
ratus est frigidus; asino, calidus 2.
Individuum cum individuo. Ut unus
homo alio est temperator, calidior, fri-
gidior, &c. Sic canis præ homine sic-
cus, alio cane humidior, &c. 3. Individuum
cum seipso. Ut homo comparatus cum
seipso,

scipso, diversa etate, regione, anni tempore, dieta, &c.

Hinc innumerabiles temperamentorum varietates.

I. Vel per se vel per accidens. Ne calidum per accid. potius calefactum dicitur; sicut aqua fervens.

V. Vel actu, vel potentia. Actu calidum frig. &c. actu judicatur. Potentia v.g. calidum est quod assumptum nos calefacit, intercedente mutatione a calore nostro; ut vinum, piper, &c.

CAP. XIII.

De Coctione.

Coctione est perfectio facta a calore naturali & proprio ex oppositis passivis, quæ propria cuique materia existunt.

Per coctionem in genere hic talis quedam digestio intelligitur, per quam mixta in temperamento imperfectio aliqualis tollitur.

Genus, quo forma denotatur, est perfectio, vel alteratio, seu actio perfectiva, id est, ulterior quedam contempneratio

C 4

vel

vel temperamenti absolutio. Ut, pomum im-
maturum licet perfectè mixtum sit, si ta-
men perfectius ac usui esuīq; aptius, si co-
ctio vel maturatio accedat.

Efficiens principalis est calor in-
ternus, proprius & naturalis, vel cuiq;
corpori insitus & ad ejus temperamentum
pertinens. Ut, pomum maturescens in se
calorem habet, cuius beneficio maturatur.
Adjuvans est caussa quæcunq; ex-
terna, ut calor Solis, ignis & quorūcunq;
calefacientium.

Materia sunt passivæ qualitates, à
calore terminandæ; humidum præ-
cipue, ut ex hoc superfluum collatur.

Finis est acquisitio justæ qualita-
tis usui accommodatioris.

Effecta coctionis adeoq; proprie-
tates concoctorum sunt 1. Caliditas.
Hinc vina vetera calidiora recentibus. 2.
Crassities: (quia humidum abundans à
calore absimitur) nisi si at secretio vel sepa-
ratio crassiorū partiū. Hinc excremente audi-
cantur bona & cocta, si crassiuscula. 3. Dul-
cedo. Hinc castaneæ crudæ acerbae, rosta
vel

vel elixatæ dulces. Causa petatur ex natu-
ra dulcedinis.

Oppositum ratione motus est pu-
tredo. Ratione ejus quod per mo-
tum comparatur, est & cruditas & in-
quinamentum per putredinem
comparatum: hoc tamen magis, quam
illud, sicut avaritia magis liberalitati con-
traria, quam prodigalitas; ita longius à co-
etione abest putredo, quam cruditas.

Cruda autem dicuntur, quæ abun-
dant multo humido male cum siccis
partibus mixto, quod calor ob imbe-
cillitatem exacte superare non po-
test, quippe qui nimis humido obruitur.

Dividitur Coctio 1. in perfectam,
quæ justo modo & tempore absolvitur;
& imperfectam ob caloris excessu
per se, vel deficientis, ut tardior,
quam par est, siat coctio, vel excedentis,
ut celerior quam par est, & ad combustio-
nem promoveat. 2. In Maturationem,
Elixationem & Assationem.

Muturatio propriè est ea perfectio,
quæ ortui naturali succedit. Ut fructus

primum generantur, deinde maturantur.
Huic opponitur immaturitas, causâ
vel caloris minoris, vel humoris co-
piosioris, vel utriusq;

Elixatio est coctio à calore hu-
mido non pingui ejus indetermina-
ti quod est in humido.

Efficiens est calor cum humido
conjunctus (rem elixandam continens &
ambiens) non pingui, ut aquâ, vino, ace-
to, &c. Frixio nāg̃ sit à calore in humido
pingui, ut oleo, butyro, adipe liquatā &c.

Materia est illud, quod indeter-
minatum est in humido interno rei
elixandæ, quia non justam habet ad
siccitatem proportionem; hoc est, hu-
miditas superflua, quæ adhuc est in re eli-
xanda, per calorem extrahenda ac vin-
cenda.

Proprietates rei elixatae respectiva
sunt. 1. Quod sit siccior assâ, ratione
defectus humoris aërei; humidior
verò ratione aquei, qui in priorū ex-
tracti locum succedit.

2. Minor dulcedo, quam rei frixa,
que

que dulcedinem aliunde attraxit, multumq; alieni pinguis, ventriculo nocivi.
Hinc rei elixæ quam frixa major salubritas.

Opposita elixationis sunt 1. Cruditatis, inquinatio, vel iunctio elixatio; ex defectu caloris, aut humore continente immodico. 2. Ex caloris redundantia oppositum; quale in cibū jam amaris redditus, aut medicamentis, non ita lento, ac oporuit, igne coctis, &c.

Affatio est coctio humidjdi interni facta à calore sicco: *Quando nempe humidum superfluum absuntur.*

Materia eadem quæ elixationis.
Efficiens, calor siccus: ideo exteriores partes siccat & ferè incrustat; ut interiores partes humidiiores maneant, contrà quam in elixatione.

Opponitur 1. Tostio seu adustio, nullo plane humore remanente. 2. Imperfecta & inchoata affatio à caloris defectu, vel aquæ multitudine, quæ res, quæ assatur, affluit. 3. Mixtū ex utroq;

repugnanti, quando partes exteriores
statim urantur, intimus crudis relictus.

CAP. XIV.

De Putredine.

Mixti corruptio expendenda nunc
venit, quæ vel naturalis, ut pu-
redo; vel violentia, ut combustio
& petrificatio.

Putredo Aristoteli est corruptio
naturalis, in unoquoq; humido, fa-
cta ab aliena caliditate, quæ est am-
bientis.

Genus est corruptio (quia putredo gene-
rationi simplici opponitur) quæ formaliter pu-
tredinis indicat si strictè sumatur: si latius;
formaliter putredo erit separatio humidus à
sicco, quæ sit in tempore. Definitio autem
data competit putredini sumtæ latius, pro-
termino una cum prævia alteratione.

Dicitur corruptio naturalis, etiam si
sit ab externo principio & contra natu-
ram mixti, sui conservationem appetens;
quia sit secundū naturæ universalis
institutum, postulans ut omnia orta inte-
riui

ritui sint obnoxia, & in Elementa, ex quibus constant, resolvantur; id quod si per solam putredinem.

Additur caloris (videlicet in mixto quæ mixto, non qua animato) proprij, nempe huic vel illi mixto, cum certa proportione ad humidum, & naturalis, quatenus simpliciter humido imperat in omni mixto, & cum sicco illud miscet unitus. Dicitur ergo corruptio caloris respectu mixti, quod calore privatur, respectu caloris, est tantum ejus à simili eductio & attractio. Non enim in putredine agit, sed patitur; non separat humidum à sicco; sed continere non potest.

Subiectum putrescibile est humidum (primario, siccum secundario,) unde humidiora citius putrescunt; minimū enim humidum calor facilis & diutius regit. Et humidum quidem elementare (mixto, quæ mixtum est, competens, quod evocato calore libere vagatur & à sicco separatur.) tam aereum quam aqueum Hinc ignis non patrescit, quia nec humidus, nec secum patitur aliquid commisceri; sed cum caliditate

dissimilis sit, consumit omnia, & aliud calidius vel potenter non agnoscit. Magis tamen aqueum. Hinc quae aere naturae sunt, ut oleum, ligna arida, &c. non tam si oportet purgescunt, ut aqueae.

Dicitur humidum unumquodque &c. tamen naturale, quam adventitiū; ut si ligna arida externum humorem imbibant, facilè putrescunt, licet quadam non item, sed magis magisque indurentur & lapidescant; ob siccum firmius, oleositatem compacterem aquam respuentem ne imbibentem, cum ob alias singulares proprietates..

Efficiens putredinis primaria est aliena caliditas ambientis vel coniunctū alicuius corporis, ut aerū, terra, aquæ, vini, aliorumq[ue] succorum, in quibus res putrascere possunt.

Agit autem calor ambiens primariò non in humidum, quod alias absumeret, & cum humidum calor non dominaretur; sed calorem rei internum, quem evocat, ideoq[ue] simul caloris vehiculum, humiditas, ad exteriora fertur. Propterea

64-

calor externus si internum evocabit, me-
diocriter saltem hunc superare debet. Ni-
mū enim imbecillis non evocat. Hinc hye-
me res difficulter putrescunt. Intensior
exteriorēs partes torrefacit, ut calora na-
turalis intus manens melius siccum cum
humido uniat; ut liqueat in carnibus in-
fumatis. Intensissimus combustionē ef-
ficit.

Hinc non aut difficulter putrescunt.
1. Valde calida & calidissima. Nam mi-
nor est ambientis quām rei caliditas. 2. Val-
de frigida, conglaciata, concreta, ut
metalla, &c. quia calore alieno non satis in-
calefcere possunt, nisi arte; & rūm liqueſcūt.
3. Quæ moventur aut fluunt. Res enim
cūtius moveantur, quām ab ambiente altere-
tur. 4. Res multæ vel magnæ: quia in
majori major inest vel caliditas, vel frigiditi-
tas; ut magis posse resistere.

Efficiens secundaria est frigiditas
mixti interna, non tantum privativa,
vel privatio caloris qui abiit, sed posi-
tiva terra & aquæ, quæ cūm ante in
mixto integro vires singulares non ha-

bebatur, jam vires pristinas resumit, & calorem mixti gravius oppugnat, donec a mixto prorsus recesserit.

Dividitur putredo in totalem & partialiem. Totalis, facta vel perfecta hactenus potissimum definita est & explicata: quando mixtum omnino in elementa dissolvitur.

Partialis, imperfecta & siens (cui secundario tanquam via & preparationi ad totalem definitiū Aristotelica data competit) est recessus a temperamento naturali major vel minor; ubi humidum ad hunc siccum est aliqua ex parte determinatum. Talis est in febribus nonnullis, in pomis quae vulgo putrida vocantur; in quibus non sum totalis putredo, nisi quando pomum in elementa resolutum est: nec quidquam superest, quia terra & pulvis.

Partialis vel est levior vel major. Levior est alteratio secundum sola accidentia, manente formâ substantiali, ideoque tale mixtum ad pristinam naturam redire potest. Et in vino leviter paucescere, progressus putredinis adhuc im-

pli-

peditri potest. Sic humores in corp. humano putrescentes saepe à Medicis restituuntur pristinæ naturæ.

Major est, quâ perditur quidem forma substantialis, non tamen sic resolutio in elementa, sed mutatio in aliam mixti speciem, ideoq; tantus est recessus, ut corrigi putredo non possit, sicut in pomo puerido,

Sic etiam ex ijs quæ putrescant, generantur animalia diversam habentia formam à forma mixti putrescenti.

Efficiens Aristotelis est caliditas sejuncta seu segregata, quâ parte adhuc naturalis est, quæ antea omni humido dominabatur, nunc certæ tantum & definite parti diminari potest & cogit materiam per frustula, ut potest. Efficiens remotionis est calor cœlestis. Materia est humidum à secco segregatum & solutum, quæ duo calor segregatus secundum quasdam particulas unit & determinat.

CAP.

CAP. XV.
De Combustione & petri-
ficatione.

Combustio est corruptio mixti
violentia in igneam naturam
facta à calore intensissimo.

Effic. est calor intensissimus v. g.
Igneus. Materia est quodvis combu-
stibile. Ap̄issimum autem est siccum. Hu-
midum enim calorem obtundit. Modus
agendi in combustionē est vehe-
mens, non lenis, ut in putredine.

Petrificatio est corruptio mixti
violentia vel transmutatio in rem
lapideam, terream, &c.

Nomen petrificationis tanquam vulgaris
et notioris retinetur: alioquin mutatio
in ferrum dicenda ferrificatio, &c.

Efficiens esse potest 1. Frigiditas. 2.
Siccitas. Nam corallium planta mari,
quando extra aquam est, induatur pri-
enūm & lapidescit, ab ambiente pene-
erante frigore & siccitate humiditati
aqua opposita; licet addi possit abscon-

di.

dita duritiae è regere, quam in se
habet.

3. Vis quedam peculiaris petrifica
vel assimilatrix agentii insidens.

Materia vel res transmutanda talis
est 1. Ut corpus habeat porosum &
penetrabile. 2. Ut humiditas propria
vel adventitia facilè ab ea possit

secedere. Sed de his fusius in

Micologia.



Ist.

INDEX CAPITVM.

- CAP. 1. De Corpore simplici in
genere, & in specie de Cœlo.
Cap. 2. De Stellis in genere.
Cap. 3. De Stellis in specie.
Cap. 4. De Elementis in genere.
Cap. 5. De Terra.
Cap. 6. De Aqua in genere.
Cap. 7. De Mari.
Cap. 8. De Fontibus & fluminibus.
Cap. 9. De Aëre.
Cap. 10. De Igni.
Cap. 11. De Elementorum mixtio-
ne.
Cap. 12. De Corpore mixto, ejusq;
Temperamento.
Cap. 13. De Coctione.
Cap. 14. De Putredine.
Cap. 15. De Combustione & Petri-
ficatione.




RostochI

*Sumptibus Joannis Haller-
vordei, Excudebat*

*JOACHIMUS PEDANUS
Typeg. Acad:*

ANNO M. DC. XIX.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn730117022/phys_0077](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730117022/phys_0077)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn730117022/phys_0078](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730117022/phys_0078)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn730117022/phys_0079](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730117022/phys_0079)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn730117022/phys_0080](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730117022/phys_0080)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn730117022/phys_0081](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730117022/phys_0081)

DFG

*Carmen secundum
Ierobantis et chas-
quacum.*



materie & salis in hum
apta ad calculum. Deb
inter salis quantitatēs
Hujus tanta esse debet
ne sal illi unitū solvi po
fatiscat, & pulveris in
portione servata, qu
stū materia, eò mag
ratur. Ejusmodi in
alimentis crassis & te
induratis, vino crasso
habente, cerevisia fe
omnia alibi uberioris.

An. Boëtius. Causæ p
salis naturam sunt 1.
civis imbecillitas, 2 si
utraq; composita int
pue, ut ex hactenus i
occulta calculosa
aria à pa



the scale towards document